

64

IMP
2
070

B. Juse. H

~~Cap - C-116~~

IMP

2

70

8 = 2 v = 1

~~Biblioteca Universitaria
GIR. NA. 55
C
33
99/11~~

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

~~Caja - E-116~~

IMP


2

70

~~8-3 4-2 1-1~~



Handwritten text on the left edge of the page, partially obscured by the binding. It appears to be a list of names or numbers, including "13", "14", "15", "16", "17", "18", "19", "20", "21", "22", "23", "24", "25", "26", "27", "28", "29", "30", "31", "32", "33", "34", "35", "36", "37", "38", "39", "40", "41", "42", "43", "44", "45", "46", "47", "48", "49", "50", "51", "52", "53", "54", "55", "56", "57", "58", "59", "60", "61", "62", "63", "64", "65", "66", "67", "68", "69", "70", "71", "72", "73", "74", "75", "76", "77", "78", "79", "80", "81", "82", "83", "84", "85", "86", "87", "88", "89", "90", "91", "92", "93", "94", "95", "96", "97", "98", "99", "100".



Relacion Varios
tomo. 2.

son en diferentes ocasiones de cano-
nizaciones de Santos Varios

Y Dela de la Comp. de Ind. de
May en Vesp, otro en pua. Juan de B. de
Indice Archivero.

De hoy se hallara en la Impugnacion.

Recogido

en este tomo Año de 1679

el Sr. D. de Montenegro de la Comp.
de Ind.

Habiendo sea el santo sacramento

ta de la Cruz de Maria santisima

Concebida en el primer trytan
de puer

sin Mancha de Culpa Original.

11

DEI PATRI AMEN, ROEMICITATIS

Apolloniae, in Italia

Clodius

DEI PATRI AMEN, ROEMICITATIS

Apolloniae, in Italia

Clodius

Apolloniae, in Italia

Clodius

Apolloniae, in Italia

Clodius

Apolloniae, in Italia

Clodius

Apolloniae, in Italia

Clodius

Apolloniae, in Italia

Clodius

Apolloniae, in Italia

Clodius

Apolloniae, in Italia

Clodius

R-22.744

97^e 36 29.

(2^{als})

BREVIS DECLARATIO

ET DESCRIPTIO

THEATRI

Hoc Anno MDCXLVI excitati

PRO VENERATIONE AVGVSTISSIMI

SACRAMENTI

EVCHARISTIAE

IN TEMPLO FARNESIANO SOCIETATIS IESV.



ROMAE, Typis Vitalis Mascardi, MDCXLVI.

SUPERIORVM PERMISSV.

BREVIS DECLARATIO

ET DESCRIPTIO

THEATRUM

Hoc Anno MDCCXVI excidit

PRO VENERATIONE AVGVSTISSIMI

SACRAMENTI

EUCCHARISTIAE

IN THEATRO PAVLINO SOCIETATIS IESV.



ROMAE, Typographia Societatis Iesu, MDCCXVI.

THEATRUM PAVLINUM



3

NOBILE Sodalitium Deiparæ
in Cælum Assumptæ, quod in
Domo Professa Romana Societa-
tis Iesu solet, vltimo triduo die-
rum Antecinerualium, Augustif-
simum Sacramentum Eucharis-

tiæ prosequi cultu, ac veneratione præcipua; hoc
anno id egit apparatus Theatri operosiore: dum in
eadem Domo Professa, sunt comitia generalia vni-
uersi Ordinis, occasione summi Præsidis, nuper ele-
cti suffragatione eorundem comitiorum.

Credidit verò, tempori consentaneum fore, si
Emblematis loco in conspectum veniret Deus, in
Columna nubis, præbens in Erithræi maris sinu,
securum iter Israëlitis, & Ægyptijs certum interi-
tum. Sic enim mors est malis, vita bonis, Chri-
stus Dominus in Eucharistia, quasi Deus in nube.

Certè Patribus ad comitia profectis, cùm inco-
lumes omnes aduenerint, in ætate admodum pro-
uecta, per Europam præsertim prælijs, & cædibus
cruentam, videatur iam perinde; atque olim Israë-
litis, fuisse in mari rubro, via sine impedimento.
Nec mirum: quia viæ Dux eis fuit Deus in nube,
hoc est viaticum nostræ peregrinationis, Christus
in Eucharistia: ex qua iter auspiciari quotidie, per-
litando aris semper, ipsi consueuerunt.

Vt adeuntibus, venerationis causa hoc triduo,
Farnesianam Basilicam sit comperta Historia, quæ

in ea oculis Populi Romani obuersabitur, summam eam referre, operæ-pretium videatur: hæc igitur est eius periocha.

Moyſes in plenilunio Veris, ad Remesseſem Urbem Ægypti, coëgerat Hebræos omnes, emigraturos poſtridiè; ſiquidem Pharao ſuperioribus cladi- bus perpauefactus, & præſertim clade vltima primogenitorum, vel inuitus annuerat; vt inde pedem efferrent. Omnes numero erant ſexcenta millia, abſque ſenum, fœminatum, & paruulorum cenſu: Extulere itaque oſſa Ioseph, qui ex Patriarchis duodenis ſolus ſuperfuerat in Ægypto, & cum præda opima Regionis, atque adeo cum gregibus ſuis, die decima quinta menſis Niſan, in Tribus ſuas diſtributi, verſus Orientem, Iſraëlitæ ad mare Erithræum proceſſerunt.

Antecedebat, interdium ac noctu, Columna nubis, & Columna ignis, vmbraculum & lucem impertiens ijs, qui auſpice Deo peregrinabantur. Secus horrorem & minas Ægyptijs intentabat. Cùm erat progrediendum, ſupra vexillum Tribus Iudæ prominebat: & in medio Caſtrorum quieſcebat ſupra Tabernaculum, quando immorari oportebat. Eundem eſſe, agmine nubis ſignificabatur: & Sacerdotes tuba canebant, vt profectionis populus admoneretur: & tum Columna nubis pulchra lucis diſfuſione in deſerto iter præſignabat: quæ omnia tamẽ, traiecto dein mari, eis ita ritè obuenerant.

5

Vt ad rem præsentem redeat narratio, Israëlita triduum inceslerant; cum eos meditari fugam Rex Pharaon inaudiuit: quocirca vt illos insectaretur, sexcentos bellicos currus, & exercitum eduxit, vt eosdem ex fuga retraheret. Erant verò Israëlita intercepti, hinc Erithræo mari, & inde copijs Regis Pharaonis, ac sibi certum interitum imminere arbitrabantur; cùm sexta profectio die, statim à primis tenebris, inter populos eos ambos Columna intercessit. Moyses virgæ imperio, Deo ita iubente, mare rubrum aperuit; & momentò paruit via, siccis etiam arenis; ne ingredi sabulo humido, ac putri Israëlitas oporteret: ideoque flabra ventorum hoc eis iter concinnauerunt.

Semita fuit perampla, vt permeare tam ingens multitudo commodè posset, steteruntque vndæ, refusis vadis ab vtraque parte; quasi muri essent, non tam ex fluctibus, quam ex glebis: & cum nocte tota in aduersum litus Israëlita contendissent, potuerunt vniuersum eum finem pertransire, tam breui horarum interuallo; quia huiusmodi traiectus contigit in vltimo eius freti recessu: vbi angustior cum sit eius sinus, ad sex non ampliùs miliaria explicat latitudinem suam.

Ægyptij & Pharaon eorum Tyrannus, tametsi debuissent, ex tam insigni prodigio, agnoscere patrocinium Dei erga Israëlitas, ac cessare ab iniuria inferenda: nihilominùs cum equitatu & curribus

post eos proruerunt. Sed experti sunt etiam statim, sibi cum Deo prælium esse: nam ex nube Deus, quæ in eo transitu tutabatur castra Hebræorum, tamquam ex Cæli armamentario, iussit exfilire illicò tonitrua, & fulmina; quæ metu & cædibus apud Ægyptios omnia miscuerunt.

Quoniam verò ausi fuerant, temeraria excursione fretum intrare, superfusus aquis, Moysè iubente, atque ex nutu Dei, submersi sunt: atque ita Regni flos & robur, cum Rege Pharaone, ibi naufragium fecit, in Aurora septimæ diei, cui benedixit Dominus.

Id conspicati ex littore Israëlitæ, Viri fœminæque Choros duxerunt, antesignanis Moysè ac eius sorore; ac decantarunt lætabundi Canticum Deo liberatori suo.

Extare autem in eo mari etiam nunc perhibent vestigia curruum & rotarum: adeo ut si deleantur, dum sabulum fortè premitur, redeant pristina huius tam admirandæ cladis signa; Deo in arena conseruante monumentum rei gestæ meliùs: quàm si cælari à nobis in marmore, vel etiam in ære contigisset.

Iam hoc omnipotentia diuinæ prodigium datur in Theatro, cuius explicat se moles altitudine palmorum centum & sexaginta, latitudine verò palmorum octoginta: cum antrorsùm excurrat spatium palmorum quatuor & sexaginta.

Supernè Cælum nitet, Auroræ prima luce col-
 lustratum; & præterea summo loco panditur Regia
 Solis æterni, effunditque splendoris iubar cumula-
 tius, ex ipso Augustali Diuinitatis. Circumuolant
 autem Cælites, atque exinde Eucharistiam apud
 nos venerantur.

Proximam aëris regionem, ad dexteram pari-
 ter, atque ad læuam, confertæ implent nubes,
 atque eandem Eucharistiam, hoc est Deum in nu-
 be, iure suo, quasi affecleæ comitantur. Accipiunt
 verò lucem ab eo, qui est lumen de lumine, lu-
 cemque inhabitat inaccessibleem: sed qui posuit
 tamen in Eucharistia, tamquam in nube latibu-
 lum suum; ne homines, spectatores maiestatis eius,
 opprimantur à gloria.

Vtrinque has insident nubes Cælestes Angeli:
 propitij quidem aliqui, & veluti blandientes, super-
 fusis floribus in semitam iustorum: nam florea via
 incessisse Israëlitas, nempe ex ministerio eorum,
 graues Scriptores tradunt: sed alij tamen irati, &
 vibrantes fulmina in Pharaonem, atque in Ægyp-
 tios, utpote populi electi vindices & ultores.

In ima huius Theatri area est mare Erithræum:
 cui vocabulum rubri maris fecerunt tinctæ arenæ
 læ rubrica, veriùs quam vndæ: atque has ideo aquæ
 illitas colore, cyaneo simul ac spumante, libuit fi-
 gurare: ne luce addita fortasse ignis esse, non sine
 quodam oculorum fascino, aut ludibrio viderentur.

Ægyptij, & Pharao eorum Tyrannus, hausti vndis Erithræis, miserè pereunt; & natant currus, equi, equites, arma, & vexilla: nam verè Israëlitis, & Moyfi eorum Ductori

militat Æther,

Et coniurati veniunt ad classica nimbi.
& ideo læuum latus, in quo Deus in nube mors est malis, vndique perpluit, densaque & nigra obruitur tempestate.

At latus dexterum, in quo Deus in nube est vita bonis, peruium est Israëlitis: qui tuti & securi per maris abscissi vndas aggestas, quasi essent cristalli mœnia, gressus addere, & properare in aduersum littus videntur, & perferre spolia Ægypti, sarcinulasque conuehere, furto innocenti hostibus direptas.

Qui littus iam tenuerunt, admirabundi hærent, ex miraculo maris tam obsequentis, vltioni diuinæ pariter, ac diuinæ retributioni: sustollunt Cælo supinas manus, & grates Numini referunt. Moyfes verò cum virga perstat medio loco, quasi populi propugnaculum, & munimentum; ac ponè ipsum Aaron iubet tubicines adstreperè, ac victoriam canere, de Populo barbaro, ac de Pharaone hoste immanissimo superato.

Hæc rerum scæna, speculis omnibus Templi Farnesiani obuelatis, luce tantùm lucernaria illustratur: lychnis dispositis ad quatuor ampliùs millia,

sed

sed clanculum accensis, ita ut tantum iubar videatur, solemque imitetur ac diem.


Structura ipsa intus, & compago ex firmissimis trabibus, cui propemodum sylva inhæret assatum, & tabularum, referens Cælum, nubes, sydereos Nuncios, mare, montes, geminumque populum Israelitarum & Aegyptiorum; hæc structura, inquam, meretur profectò admirationem. Scandere siquidem licet, & digito Templi fornicem tangere; ac non sine voluptate lychnorum spectare multitudinem, dispositionem, & varietatem. Quæ omnia ab ingenio directa sunt Nicolai Menghini, celeberrimi Sculptoris & Architecti, qui alias isthæc admiranda, tum in hac Farnesiana Basilica, tum in Basilica Sancti Laurentij in Damaso, felicissimè, plaudente Aula & Vrbe Roma, cum ad murmuratione secundissima repræsentavit.


Digna certè spectacula censentur, quibus intersint ipsemet Christi Vicarius Romanus Pontifex, & Sacer eius Senatus. Adfuit enim Sanctissimus D.N. Innocentius X. & ante illum aliquoties Urbanus VIII. Gregorius XV. Paulus V. & Clemens VIII. Sed & aliqui ex Augustis Patribus, de aræ gradu dixerunt ad frequentissimam panegyrim: nempe Augustinus Card. Valerius, Cæsar Card. Baronius, Franciscus Maria Card. Taurusius, Robertus Card. Bellarminus, Laurentius Card. Blanchettus, Flaminius Card. Plattus, Bonifacius Card. Gaetanus,

& Felix Card. Centinus, utique magna nomina,
 & præcipua lumina Sacræ Romanæ Purpuræ. Ma-
 gistratus Romanus etiam, Ordines aliquot Reli-
 giosissimi, & Sodalitia Urbis primaria, cum labaris
 & insignibus suis, has preces solent frequentare: nec
 triduo earundem precum desiderantur, aut piæ al-
 locutiones Patrum Societatis Iesu cum delectu: aut
 Musici concentus à præstantissimis, seu Cantori-
 bus, seu Symphoniacis.

Quæ omnia Nobiles Sodales Deiparæ in Cælum
 Assumptæ quotannis, ex instituto perueteri, uti
 summa pietate, ita etiam pari liberalitate, dicant &
 consecrant Augustissimo Eucharistiæ Sacramento,
 ad eius gloriam iugem & perennem, qui in illo,
 tamquam in nube, adest nobis Deus noster.

L A V S D E O.





37 020 26 (30)
BREVE RELACION

DE LOS

R-22,745

EXERCICIOS

ESPIRITVALES,

Que se acostumbran hazer todos los jueves dal año,
en la Iglesia del glorioso Martyr San LORENÇO
del Colegio de la Compañia de IESVS, de la
fidelissima villa de Perpignan.

Sacada à luz por el Reuerendo

GALDERIQUE FELIPE,

Presbitero, y Beneficiado de la Iglesia de Argeles.



EN TOLOSA,

Por IVAN BVDE, Impressor del Rey, y de las Cortes
de Languedoch. 1661.

CON LICENCIA.

